

AMMONIACA ET ACIDA
ALCOHOLISATA.

ALCOHOL AMMONIACATUM.

SYN. *Spiritus salis ammoniaci vinosus seu dulcis; ammoniaca alcoholisata; spiritus ammoniae. Ph. L. Liquor ammonii vinosus. Ph. B.*

R. Alcoholis uncias triginta duas.

Ammoniacæ uncias quatuor.

Vel :

R. Alcoholis concentrati partes duas.

Ammoniacæ partem unam.

Misce et in vitro probe clauso usui serva.

Vel :

R. Muriatis ammoniacæ libram unam.

Carbonatis potassæ libras duas.

Alcoholis diluti libras sex.

Destilla leni igne libras tres.

VIRTUS : Stimulans volatilis ; nervina.

USUS : Morbi atonici ; paralysis ; lethargus ;

epilepsia ; hysteria. — Item pro parandis
tincturis variis.

Dosis : Guttæ decem — viginti — quadra-
ginta (pro ratione præparationis varia)
in vehiculo aquoso vel vinoso.

ALCOHOL AMMONIACATUM AROMATISATUM.

SYN. *Spiritus salinus aromaticus ; spiritus volatilis aromaticus ; spiritus ammoniæ aromaticus. Ph. E. Spiritus ammoniæ compositus. Ph. L.*

R. Carbonatis ammoniacæ uncias sex.
Alcoholis libras duas.

Misce sæpius agitando ; dein adde
Olei volatilis Nucis myristicæ moschatæ,
— — — corticis flavi fructus Citri
medicæ ana drachmas duas
cum dimidia.

Ut fiat solutio oleorum. Liquorem in vase
probe clauso usui serva.

VIRTUS et USUS idem ac præcedentis, sed
magis calefaciens.

Dosis eadem.

ACIDUM MURIATICUM AL-
COHOLISATUM.

Syn. *Spiritus salis dulcis*; *alcohol muria-
ticatum*.

R. Acidi muriatici oxygenati uncias tres.
Alcoholis concentrati uncias duodecim.

Misce caute et gradatim, et digere vel
destilla leni igne, ut intime jungantur.

Virtus: Antiseptica; diuretica; excitans;
antispasmodica.

Usus internus: Blechropyræ; spasmi. *Ex-
ternus*: Ulcera oris, faucium.

Dosis: Guttæ quadraginta—sexaginta, in
vehiculo proprio de die.

ACIDUM NITRICUM ALCO-
HOLISATUM.

Syn. *Spiritus nitri dulcis*; *alcohol nitrica-
tum*; *acidum nitri vinosum*. Ph. E.
Spiritus nitrico-æthereus. Ph. B.

R. Alcoholis uncias triginta duas.
Immitte in vas aqua frigida circumdatum,
et affunde gradatim saepius agitando

Acidi nitrici uncias sex — octo.

Lenissimo igne in balneo aquæ , juncto excipulo ampio nive vel aqua frigida circumdato , caute destilla uncias duodecim. Liquorem destillatum denuo destilla ; dein in vase probe clauso usui serva.

VIRTUS : Sedativo - refrigerans ; diuretica.

USUS : Colica flatulenta ; icterus.

DOSIS : Guttæ viginti ad sexaginta , sæpius de die in vehiculo proprio.

NB. Destillatio in balneo aquæ bullientis impedit, ut nihil nisi acidum alcoholisatum in excipulum transeat : Acidum liberum hoc gradu caloris ascendere nequit.

ACIDUM SULFURICUM ALCOHOLISATUM.

SYN. *Spiritus vitrioli dulcis ; elixir acidum HALLERI ; Aqua RABELII ; Alcohol sulfuricatum ; acidum vitriolicum venosum. Ph. E.*

R. Acidi sulfurici libram unam.

Affunde caute et paulatim ita, ut ad la-
tera vasis vitrei defluat,

Alcoholis concentrati libram unam.

Digere frigide per viginti quatuor horas.

VIRTUS : Antizymica ; roborans.

USUS : Dyspepsia, flatulentia, pyrosis; ere-
thismus ; ataxia.

DOSIS : Guttas decem — triginta , in haustu
aquæ vel vini albi generosi bis terve de die.

ÆTHER ET ÆTHEREA.

ÆTHER ACETICUS.

SYN. *Naphtha Aceti.*

R. Acetatis Potassæ vel Sodæ siccatai uncias
octo.

In retortam vitream immissis affunde

Miscellam prævie paratam ex

Acidi sulphurici unciis tribus , et

Alcoholis concentrati unciis sex.

Leni igne destilla uncias sex.

Liquori destillato adde